



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

XVI. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## PROPOSITIO I.

22

*in his libri-  
rum Novi  
Testamenti  
ex veritate  
Codicum  
quorumdam.  
Refelluntur  
argumenta  
adversario-  
rum.  
Primum ar-  
gumentum.*

*Gelas. Decr.  
part. i, dist. 15.*

*Euseb. Hist.  
libr. 3, cap. 15.*

*Hier. De  
script. Ecc. in  
Lucas.*

*Secundum  
argumentum.  
Clem. Epist. 2.*

*Origen. Hom.  
8, in Matth.  
Ambro. in  
Rom. si.  
Hieron. in  
Gal. s. & Praef.  
in Pent. &  
Praef. in 4.  
Evang.*

*Augustin. De  
unitate cre-  
dendi, cap. 3.*

busdam Ecclesias suo tempore recitari solitas fuisse testificatur Tertullianus in libro De præscriptionibus? Quippe manu sua plerasque scripsisse se Epistolas non uno loco prædicat Paulus. Quid quod exemplaria quædam Novi Testamenti, vel aliquarum ejus partium, hac ætate extant, tanta vetustatis, ut proximo Apostolorum ævo scripta videri queant?

XVI. Atenim probasse non satis est genuinos esse libros Novi Testamenti: nam nec plures esse probandum præterea est. Multa quippe olim circumferbantur Evangelia: velut illa fuerunt secundum Ægyptios, secundum Ebraeos, secundum duodecim Apostolos, secundum Petrum, secundum Paulum, secundum Matthiam, secundum Bartholomæum, secundum Thomam, secundum Andream, secundum Philippum, secundum Thaddæum, secundum Barnabam, secundum Nicodemum; & Syriacum Evangelium, & illa Basiliidis, & Apellis, & Tatiani. Multa quoque Apostolorum nonnibus inscripta legebantur Acta: velut illa Andreæ, & Philippi, & Thomæ, quæ censura sua notavat Gelasius Papa. Aliæ etiam Pauli usurabantur Epistolæ, velut illa ad Laodicenses, & illæ ad Senecam: aliæ quoque Apocalypses; quales illæ Pauli, & Thomæ, & Stephani, & Petri: aliæque scriptiones apocryphæ complures, quarum nonnullæ jam inde à primevis Ecclesiæ temporibus ortæ Lucam perpulerunt, ut Evangelii sui veritatem falsis & tenebris lucubrationibus opponeret, quemadmodum ipso facri operis initio profiteretur. Jam tum enim præfigiebat futurum, id quod comprobavit eventus, ut ex his radicibus hæreleon fructus succreberent. Verum quæ ratio genuinorum Evangeliorum afferat auctoritatem, petita ex suffragiis proxime & continuata serie sequentium actuum, eadem apocryphorum auctoritatem elevat ac diluit; ut potè quorum falsitatem deprehenderint & prodiherint succedentia tempora, nec constantem illis ac perpetuum consensum præbuerint. Hoc enim inter apocryphos istos fœtus, & eos interest qui ἀπολεγόμενοι dicebantur, & intercessione nonnullorum erant obnoxii, velut Epistola ad Ebraeos, aut Apocalypsis, quod his robur & auctoritatem addiderit posterior ætas, illis detraxerit. Tanta præterea inerat illis doctrina, sententiarum, ac verborum à genuinis discrepantia, quemadmodum ab Eusebio proditum est; ut si horum fatis comprobata à nobis est γνῶσμα, ut certe est, conficta illa esse & supposita omnino necesse sit. Hoc argumento Pauli & Thecla μείζων vanitatem arguit Hieronymus, quod iis continentur narrationes quædam, quarum nulla extaret in Actis Apostolorum mentio.

XVII. Obijci quoque possunt testimonia nonnulla, non ex Veteri solum, sed ex Novo etiam Testamento à Patribus depromta, quæ nusquam in iis reperias; quale illud est apud Patres Christi tributum: οὐκοι ταῦτα γένεσθαι, & qualia multa proferre possemus, quorum in sacris Libris neque vestigium appetet, neque vola. Item alia quedam alter à Patribus relata, ac in Evangelii scripta leguntur: quale illud est à Clemente Papa usurpatum: εἰ τὸ μαρτυρᾶ ἐπιμπάτε, τὸ μέρη τῆς οὐρανοῦ δέοτ; λέγε τὸ οὐρανὸν ὅποι μέσοι ἐν ἡχεστοῖ, καὶ ἐν πολλῷ μεσοῖ ἔσεν: quæ alio modo apud Lucam concepta sunt. Quod si hæc luxata dicamus, vel ex Evangelii extrita, quænam Evangelii demum constabit fides, librariorum vel Criticorum temeritatem passis, itidem ut aliis vulgaribus scriptis contingit: si ex apocryphis Evangelii perita, parem apocryphis tributam à Patribus illis fidem fatendum erit, quæ Canonici tributa est.

Certe si quis nonnulla è sacris Voluminibus, ipsisque adeo Evangelii excidisse negat, palam cum revinceret discrepantia codicum, & collectiones variantium lectionum jampridem inolitarum, quemadmodum ipsi fatebantur Origenes, Ambrosius, & Hieronymus. Quæ sane lectionum varietas nulla esset, si par uisqueque fuisset vocalium omnium coagmentatio, & contextus integratas. Cæterum vel ex iis collectionibus fatis appetet quam leves ex sint discrepantia, quamque exigua & nullius ad fanciendam Christi fidem momenti, quæcumque diuturnitate temporis eraſa sunt. Nam si aliqua in Libris sacris olim habita essent propugnandis Christianæ fidei dogmatis utilia, ea procul dubio libris suis inferuiscent veruti Ecclesiæ Patres, à quibus reliqua cauſa sua opportuna tam studioſe collecta sunt, antequam vitium ullum patios esse Codices sanctos vel dici, vel credi posse. Nullum autem ejusmodi testimonium in Patrum scriptis reperire licet, quod non alii quoque magno usurpent consenuſ, & Codices sacri præ se ferant. Atque ea sane Patrum, tum vetustiorum, tum recentiorum in repetendis Novi Testamenti verbis confitio, validissimum est & certissimum probandæ illius integratæ & sinceritati argumentum, & ab Augustino usurpatum. Quas autem sententias indidem Patres alio verborum ordine depromut ac conceptæ sunt, minime vero id probat luxatas eas esse ac distortas in Libris sacris, sed à Patribus orationi suæ accommodatas. Tritior quippe hæc est apud illos testimoniorum è Scriptura sancta de promendorum ratio, cum usurpantur ipse